



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Sodalitatis B. Mariae Virginis. siue Exercitivm  
Spiritvale Christianae Pietatis**

**Véron, François**

**Coloniae Agrippinae, 1505 [i. e. 1605]**

2. Quæ promoueant bonum sodalitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46577](#)

## PARS SECUND A.

*Quæ plurimum facere possunt ad bo-*  
*nam Sodalitatis admini-*  
*strationem.*

**Q**VAT V O R pertinere videntur ad bo-  
 nam Sodalitatis gubernationem. Pri- <sup>1</sup> *Si Officia-*  
 rum est, si Officiales crebrò inter se *les inter se*  
 conueniant, agantque de recta sodalitatis, *sæpius a-*  
 tum generatim, tum in proprijs, ac pecu- *gant.*  
 liaribus rebus progressionē.

Secundum: Si Sodales singuli in cer- <sup>2</sup> *si Sodales*  
 tas classes distribuantur, quarum singulas in certas  
 Officiales singuli inter se partiantur, ut *classes di-*  
 constare possit qua quisque diligentia par- *distribuātur.*  
 tibus suis satisfaciat; qui infirmi sint, qui cę-  
 terorum precibus commendandi; qui vita  
 defuncti, qui alio commigrant, &c.

Tertium: Si non multi nimis, & plus  
 quam decet, facilius admittantur. In mul- <sup>3</sup> *Si non n-*  
 titudine enim multa sæpè confusio; & qui  
 facile & cito admittuntur, facile etiam re-  
 frigescunt, & sodalitatis exercitia, conuen-  
 tusque negligunt. Expedit ergo & Sodali-  
 tati, & illis (de viris potissimum agimus) ut  
 non sine prævia consideratione, lectione  
 regularum, obseruatione instituti sodali-  
 tatis, eorumque excussione, quæ ad sodali-  
 tam pertinent, admittantur.

Postre-

**4. Si nonnū** Postremum: si annis singulis semel a-  
quam Soda, nimorū, & Sodalitatis, insigni ritu, & præ-  
titatis ali- paratione instituatur renouatio: qua se-  
qua & ani omnes confessione præmissa, & Commu-  
morum fiat nione, beatissimæ virginis rursus offerant:  
**renouatio.** ut sic & totius anni admissæ in Sodalitatis  
officio negligentie benignè à benigna ma-  
tre remittantur; & nouis quasi animi &  
corporis viribus ad eam solito alacrius, &  
diligentius colendam aggrediantur.

## PARS TERTIA.

*Quanta solicitudine parere debeant So-  
dales Præfectis & Officialibus  
Sodalitatis.*

**Nulla vir-** Inter omnes virutes, quæ nos Deo gra-  
tias Deo gra- tiores, Christi q; Iesu similiores faciunt,  
tior Obedi- est obedientia, cuius exercendæ potissi-  
entia. mūm causa, instituti sunt in terris sacri re-  
ligiosorum hominum Ordines; vt nimis in terris similitudo aliqua esset eius perfe-  
ctissimæ obedientiæ, quæ in celis est. Quo-  
cirk beatos se, & felices existimare debent  
**Sodales obe** Sodales, quod tantæ virtutis exercendæ oc-  
dientes suis casionem aliquam in Sodalitate habeant.  
**præfectis,** Sed & persuadere sibi debent; Obedi-  
**B. Virg. obe** tiam se prestare Dei matri, Domine, & Pa-  
diunt. renti suæ, quando eius locum in sibi sacra  
has

70.